

vult. Paucarum enim syllabarum nomen fastidiebat ut contemtius. Camerarius de generibus divinationum pag. 14. ponit inter sortitiones.

DE NOTIS NUMERORVM CHALDAICIS.

Chaldaeis & Astronomi per unam lineolam perpetuam sive prostratam sive erectam numeros notant, cui ad sinistram dextramq; supernè & infernè apicem breviorem addunt, nunc erectum, nunc declivem, nunc acclivem, nunc aliter auctum: sicq; quatuor classes nonarias distinguunt, quarum prima digitos, secunda articulos, tertia centenarios, quarta millenarios commonstrat: eo quidem ordine, qui hieroglyphicae per digitos notandi numeros rationi ad amissim congruat. Apex enim surrectus laevorum unitatem ostendit: dextrorum versus centurias præse fert: idem sed infernè vergens ad sinistram decem: ad dextram mille signat, in eum, qui sequitur, modum.

F

Prima